Salzburg (Umgebung), 1. Hälfte 9. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



hereditatem tuam. & possessionem tuam terminorum terre. Con
struit ergo arcam. & fecit in eu nidos. id est promptuaria
quaedam quibus diuersi generis animalia recipiant.
De quibus & propheta dic. Pergo poplit mi. Intra in promp
tuaria tua. abscondere paruulum donec transeat furor
iracundie meae. Conseruantur ergo poplites hic qui seluantur
in ecclesia illis omnibus. siue hominibus siue cenobiis
quae seluata sunt in arca. Verum quam non est omnium
unum meritum. nec unus in fide profecerunt. idcirco
& arca illa non unam habet omnibus mensionem.
sed bicamerata est inferiora. & tricamerata superiora.
& nidi distinguunt in ea. ut ostendat quia & in ecclesia
licet omnes intra unam fidem continentur. atque uno bap
tismate diluuntur. non tamen unus omnibus atque idem profec
tus est. sed unusquisque in suo ordine. Hi quidem qui
praeuocabile scientiae habent. & idonei sunt non
solum semetipsos regere. sed alios docere. Quam uel
de paucis inueniuntur. paucorum quidem ipsorum noe
seluantur. & proximae et propinquitate iungunt
tenent figuram. sicut dominus noster. Verum noe xpi fuit.
paucos habet proximos. paucos filios & propinquos.
qui uerbi eius participes sunt & sapientiae capaces.
& hi sunt qui in summo gradu positi sunt & in summi
tate arcae conlocantur. Caeterum multitudo in area